

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Fides siue fidelitas am  
cum uariis

Ecce quid a te requirat immensa illa pietas, quod facile possit implere nuda paupertas, despecta mediocritas, indocta simplicitas. Non per multas distraheris ambages, nec duris difficultatibus occupandus inuolueris. Quod a te et pro te reposcitur, intra te est, id est oris famulatus et cordis affectus secundum illud: Corde creditur et cetera. In anima ergo tua reposuit omnia anime tue presidia Deus tuus, ut unde peccatum egreditur, inde et peccati medicina peteretur.

Crisostomus ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

multas] multa C; distraheris] distraharis P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; nec] ne P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>;  
inuolueris] inuoluaris P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; quod] quid P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup>; ibidem] ibidem *add.* L<sup>2</sup>